



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 34. Tumultus Polonici.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

§. XXXIV.

*Tumultus Polonici.*

Sæc. XVII.  
A.C. 1703.

A trocias adhuc erat bellum, quod *Voltair hist.* Carolus XII. Sueciæ Rex, qui suis *de Chant XII lib. 2.* desideriis, fama, & armis universum pene mundum, nunquam vero seipsum implevit, satiavitque, Polonis intulerat. Hic enim in Livoniā irrumpens, Poloniæ Regem, eo quod cum Moscoviae Duce fœdus iniisset, hostiliter invasit, cæsisque Saxonibus Curlandiam & universam ferme Lithuaniam intestinis Procerum dissidiis jam antea scissam armis suis subjecit. Indixerat Frides- ricus Augustus Poloniæ Rex Varsaviæ comitia, in quibus domesticæ dissensiōnes die decima nona Januarii tam feliciter fuerunt compositæ, ut Rex inde sperandam totius Regni tranquillitatem Pontifici nuntiaret, ab eo que die quinta Augusti gratulatorias reciperebat literas. Verum ea spes brevi evanuit; cum enim Rex quædam officia Proceribus Reipublicæ minus acceptis distribueret, recrudescentibus dis- fidiis, alius Varsaviæ conventus habebatur, in quo sanctum, per Legatos ad Sueciæ Regem decernendos eundem esse rogandum, ut cuncta juxta Oli- vensem pacem ad pristinum statum redi-

Sæc. XVII. redigere ac Curlandiam reddere velit:  
A.C. 1703. Sueciæ Rex impotenti ditiones suas  
protendendi libidine agitatus, nec  
hosce Legatos, nec Königsmarckiam  
Comitissam a Rege Polono submissam  
audire dignatus, Vizdomium Poloni  
Cubicularium custodiæ dedit, mox  
etiam cum suis copiis ad interiora Li-  
thuaniae penetrans, Vilnam urbem ce-  
pit, totamque regionem inhumanis  
exactionibus exhausit. Rursus Poloni  
Oratores Grodnam profecti, Suecum  
ad pacis consilia inclinare nitebantur;  
hic vero Polonos, ut suas vires contra  
Augustum Regem Suecis jungerent,  
sollicitabat, caussatus, quod Poloniæ  
**Rex** in Reipublicæ damnum seorsum  
pacem inire, & inita pacta violare mo-  
litus fit, ipse vero Sueciæ Rex Rei-  
publicæ commoda & quietem tueri in-  
tentus esset, proin ambo contra Au-  
gustum tanquam communem utri-  
usque hostem arma jungerent, eoque  
exauctorato novum Regem elige-  
rent. Enimvero Radieowskius Car-  
dinalis ac Regni Primas per Pon-  
tificis literas excitatus, ne hosce  
tumultus fovere videretur, ab hoc pro-  
posito, ac ulteriore Regni invasione  
Polonos amovere nitebatur: Pontifex  
quoque Poloniæ Regem, Senatores &  
equites impense hortabatur, ut sedulo-

pro-

prospicerent, ne quid in perniciem anima- Sæc. XVII.  
rum, vel in Catholicæ Religionis dam- A. C. 1703.  
num fieret. Verum Sueciæ Rex haud  
ignarus, hunc ipsum Cardinalem, & No-  
bilium non paucos Augusto minus pro-  
pensos esse, motis castris Varsaviam  
versus contendit, initoque prælio Klit-  
soviæ Polonos & Saxones ingenti clade  
protrivit, & Cracoviam intercepit. In  
hisce rerum angustiis Poloniæ Rex Cæ-  
faris Danique Regis opem implorans,  
ad diem quartam Februarii hujus anni  
comitia Mariaburgi habenda indixit,  
ad quæ tamen Primas, et si iterum  
iterumque rogaretur, venire recusabat,  
aliaque Procerum comitia ad vigesi-  
mam ejusdem Mensis diem Varsaviæ  
haberi jubebat. Eapropter Rex, cum  
non nisi armis sceptrum suum conser-  
vari posse cerneret, militum delectus  
ubique haberi præcepit, sibique ad-  
versantes conciliare studuit: Præver-  
terat tamen hosce conatus Sueciæ Rex,  
qui die prima Maij Pultusciæ rursus  
Saxones & Polonos profligavit. Nihilo-  
minus Lublini habebatur Conventus,  
in quo Regis fautores Primatem tan-  
quam Regni Proditorem multis con-  
vitiis oneratum ad denuo præstandum  
Regi fidelitatis sacramentum adege-  
runt, bellumque totis viribus contra  
Suecos, eisque adhærentes gerendum  
nec

Sæc. XVII. nec de exauctorando Rege cogitandum  
A. C. 1703. esse decreverunt: Inde exacerbatus

Carolus Rex Thorunium obsidione ce-  
pit, & Dantiscanis & Elbingensibus  
immensem tributum imperavit, cur-  
etisque Lublinensis conventus pa-  
servaturis extrema quæque intermina-  
tus est. Ceterum Pontifex, cum Pri-  
matem Regni Proceribus Polono Regi  
adversantibus accessurum timeret, hæ  
ad eundem die vigesima secunda Se-  
ptembris perscripsit: „Multo acerbiori  
„dolore conficimur, dum a privatis  
„studiis, imo ab omni prorsus conten-  
„tione non haberemus immunes illos,  
„qui præcipuis Ecclesiæ dignitatibus  
„ornati, & tanquam lucernæ in con-  
„spectu populi constituti, exempla le-  
„nitatis, & sinceræ in Domino di-  
„lectionis, ac imprimis pietatis, &  
„Zeli pro Catholicæ fidei incolumentate,  
„ubique præbere tenentur, quo fit, ut  
„Te, quemadmodum alias pluries hor-  
„tati sumus, sic nunc etiam, atque e-  
„tiam obtestemur, atque pro paterna  
„nostra charitate moneamus, ut sicut  
„gradu cæteros omnes antecellis, ita  
„eos per tua vestigia ad commune bo-  
„num perducere cures, ac eo demum,  
„quo par est, Zelo incumbas compa-  
„randæ Regno ipsi, atque Charissimo  
„in Christo Filio Nostro Augusto Poloniæ  
„Regi

„Regi, tranquillitati ac Paci; cum e- Sæc. XVII.  
„nim perspecta sit omnibus auctoritas, A. C. 1703.  
„quam apud Rempublicam ob dignita-  
„tem, qua decoraris, obtines, fieri  
„vix potest, ut adversi aut secundi  
„casus, qui isthic subinde contingent,  
„Tibi potissimum non adscribantur.  
„Movere autem Te imprimis debet  
„Dei caussa, quæ hic tam manifeste  
„agitur, in qua si quæ minus diligen-  
„ter, quam decet, præstiteris, nonne  
„Deus requiret ista? ipse enim novit,  
„abscondita cordis. Age itaque, &  
„dum tui muneric debitum implere fa-  
„tagis, tui etiam nominis splendori  
„consule, ac cura, ut Tibi Patria per-  
„petuo debeat eam felicitatem, quam  
„maxime nunc expetit, Nobisque de-  
„mum hoc solatium in sollicitudine,  
„quam in tanta Christianæ Reipublicæ  
„perturbatione gerimus, conciliare ne  
„prætermittas.,,

### §. XXXV.

#### Diversæ Clementis XI. Constitutio- nes ac gesta.

Jam supra adduximus Clementis XI. Bull. magn.  
Bullam, qua duodecima Februarii Conf. Ce-  
die famosum casum conscientiæ dam- mens XI.  
navit, cuius Bullæ necnon sententiæ Confl. 12.  
die 23. Octobr. 1668. pronuntiatæ exe- Epist. Clem.  
Hist. Eccles. Tom. LXVII. I cutio- XI. Vid.  
supra t. 66.  
pag. 714.